

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Estne idem dominium passionu[m], quod nostri abnegatio? Cap. XXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

(obstante singularissimâ gratiâ, & virtutibus eximiis Christo, & B. Virginis, in gradu licet inferiori, insulis) idem fomes peccati in iis non fuit, sicut nec in Adamo, dum haberet iustitiam originalem, beneficio iustitiae originalis, quæ erat donum supernaturale, per modum habitus manens in intellectu, & in voluntate, & in appetitu sensitivo primorum parentum, efficiens hoc in eis, ut anima subiectetur Deo, & anima vires inferiores appetitus sensitivi, ac corporis membra plenè obedirent, & subderent ratione, nec quicquam pati possent lasciuia causa extrinsecâ.

180. Ex his pater dominum passionum, non esse tam præstans Dei donum respectu passionum, vti fuit iustitia originalis, & fomes peccati sublatius, & ligatus; tum quia non adducit secum tantam efficaciam, & plenitudinem gratiae, & virtutum, quanta fuit in iustitia originali, tum quia non sequuntur tam præstantes effectus ex passionum domino, vti sunt secuti ex iustitia originali in Adamo, & ligatione, ac extincione totali fomitis in B.V. Maria.

Sicut t.z. in 3. p. dif. 4. lect. 6.
Quæ tamen extinctio fomitis, non præstuit omnia illa, quæ præstabat originalis iustitia respectu passionum. Quamvis enim B.V. Maria habuerit rationem Deo perfectissimè subiectam, & appetitum sensituum ac corpus rationi, abique vllâ discordia, tamen capax fuit tristitia, timoris, & doloris, & similium affectionum, quæ in statu originalis iustitiae non erant, & corpus habuit passibile, & defatigabatur, & morti fuit subiectum, à quibus omnibus præseruabatur Adamus, dum erat in illo statu.

181. Vnde sequitur, non requiri ad perfectum passionum dominum, ne homo sentiat tristitiam, & metum, & dolorem, dummodò sentiat sine peccato, & sine molestia, & vllâ inquietudine impediens rationem, & non circa omnia obiecta, quæ anteâ excitabant similes affectus.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

Ejusne idem dominum passionum, & mortificationem passionum?

182. R^espondeo non esse idem: sed eo modo differre mortificationem passionum à dominio earundem, quo differt pugna cum hostibus, à victoriâ reportata ex hostibus, & abinde securâ subigatione, & subiectione hostium: seu, sicut differt peregrinatio, & via, à termino, ad quem quis progreditur; eo modo differt mortificationem passionum ab earundem dominio. Hoc enim acquiritur ordinariè (seclusis priuilegiis ratis, quæ Deus aliquibus concedit) per multos, & heroicis actus mortificationis passionum, per quos homo se ipsum vincit, tum faciendo

ea, quæ amor proprius refugit, tum omittendo ea ad quæ valde propendet.

Quod quidem eis omnibus cordi esse debet; ramen magis ironibus in vita spirituali. Id c. 1. vige.

cito cùm S. Franciscus inchoasset vitâ spirituali iter, teste S. Bonaventurâ, Ipsius suggestebat spiri- tui, quid spiritualis mercato à mundi contemptu summi iniusti, Christique militia sit à sui ipsius victoriâ inchoanda. Sic inchoato spirituali itinere per vi- citorias nostri, mortificationis amoris proprii, per passionum inordinatarum motus se prodentis, nunquam desistendum ab exercitio virtutum, quo acquiritur sensim passionum dominum. Nam, vt ait S. Ambrosius, Sicut bellator sine armis 184. lib. 1. de esse non potest, ita nec sine exercitatione virtus. Vnde Cain & in Evangelio Deus dicit: A diebus Iohannis Baptiste Abel. c. 4. regnum celorum cogitur, & cogentes diripiunt illud. Et Matt. 11. alibi: Querite regnum Dei, & ecce omnia praefata sunt Matth. 6. volvia. Non dormientibus, neque orianis, sed vigilan- tibus, & laborantibus pollicentur præmia, & labori merces parata est: qui (sic) labor liceat non sicut ad gratiam, tamen fructuosus ad præmium est. Quod autem fuerit labor circa actus virtutum difficili- liorum & heroicarum exercendarum maior, cito erit fractuor, & citius per acquisitionem eximiarum virtutum peruenit ad perfectum passionum dominum. Quia, vt idem S. Ambro- sis alibi docet, Perfecta virtutes totum accipiunt Cain & gloria patrimonium, & vestitis & mediocribus vile ali- Abel. c. 6. quid aspergitur.

CAPVT VIGESIMVM SECUNDVM.

Ejusne idem dominum passionum, quod nostri abnegatio?

186. R^espondeo esse res diuersas, tum quia abne- gatio nostri est nobis à Christo imperata per modum præcepti, dominum autem passionum non item: tum quia abnegationis materia circa quam versatur propriè sunt peccata propriè dicta; materia autem dominij passionum, circa quam versatur, & se occupat, sunt passionum motus, qui non semper sunt peccata, sed pos- 8. Th. 1. a. s. lunt esse boni, & mali, prout quis illis vixit ex imperio rationis ad bonum, vel malum.

Quod abnegatio nostri præcipua sit com- mendanda omnibus per modum præcepti, patet, quia est à Christo omnibus proposita tanquam medium ad salutem; media autem salutis imperata sunt. Sie enim Luca 9.23. & Matthaei 16. 2. 4. scriptum legimus: Dicebat autem ad omnes: si quis vult venire post me (id est saluari, & peruenire ad cælum) abneget semetipsum. Quo loco citato S. Thomas, probat abnegationem lui ipsius, esse de necessitate salutis, idque confirmat testimoniū S. Gregorij paulo post adferendo. Vnde be- nè Gulielmus Etius explicans illud Luca, Di- c. 9. 2. 3. cebat autem ad omnes: Si quis vult post me ve- nire,

187.

Opus. 18.

de perf.

cap. 10.

nire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me; Non consilij, inquit, sunt verba haec, sed precepti. Omnes enim tenentur velle venire post Christum semetipso abnegare, crucem suam tollere, ita Christum sequi. In quantum autem hoc non facimus peccamus.

Quid autem sit haec abnegatio, docent Sati-
cti. In primis S. Basil. haec Christi Domini verba
ponderans, ait: Nos preceptum hoc ad plura arbitri-
triarum pertinere, quorum necessaria abnegatio sit. Nam
& diabolo renunciamus imprimis, itemque affectioni-
bus carnis, qui abdicamus occulta dedecoris &c. Et
quod in omnibus magis necessarium est, quilibet sibi-
mei ipsi renunciat, qui exiit veterem hominem cum
actibus suis, scilicet peccatis.

Et S. Hieronymus eadem Christi verba ex-
plicans, ait: Qui impudicus fuit, versus ad Castitatem,
temperantiam luxuriam negat: inquit, si sequatur iustitia,
negat iniquitatem. In omni conuersatione, opere,
cogitatione, sermone, negemus nosmetipso, quod ante
sanum, & confiteamur eos, qui in Christo renati sumus. Ad haec autem obligamus Dei preceptis.

S. Gregorius similia verbis S. Hieronymi di-
xit, & addidit: Tunc nosipos abnegamus, cum vita-
mus (scilicet peccata) quod per vetustatem suimus;
& ad hoc nimirum, ad quod per novitatem vocamur.
Pensemus, quomodo Paulus se abnegauerat, qui dicebat:
Vtio autem iam non ego. Extinctus quippe erat saevis
ille persecutor, & vivere ceperat prius predictor. Si
enim ipse esset, prius profecto non esset &c. ac si aperte
dicas. Ego quidem a me ipso extinctus sum, quia carna-
liter non vivo. Atqui precepto Divino adigimur,
ne carnaliter vivamus, ne Christum persequamur. Diversa ergo res est, abnegatio nostri à domino passionum, quod assequi consilium est, non preceptum, si dominium passionum in totâ sua latitudine sumamus. Quanquam aliqua abnegatio nostri, qua sit per tria vota religiosa, necessaria est, non per modum precepti, sed tanquam consilium, ut benè explicat S. Thomas loco supra citato.

CAPUT Vigesimum tertium.

Hoc passionum dominium est ne aliqua spe-
 cialis virtus, vel qualitas, aut habitus
 distinctus ab aliis virtutibus, & quid
 tandem est?

Respondeo non esse melius carere dominio
 aliquam specialem virtutem, aut habi-
 tum, vel qualitatem essentialiter diversam ab
 aliis virtutibus, sed esse veluti proprietatem
 quamdam, seu perfectionem ex omnibus virtutib-
 us tam acquisitus, quam infusa ortam, & anima-
 mæ inditam ac potentiam eius, ex possessione
 extirpatarum virtutum eis inhærentium. Cū
 enim quilibet virtus perficiat potentiam, cui
 inhæret, & inclinet ad actus suos proprios, &

armet contra actus contrarios, ideo quilibet
 virtus, præsertim moralis, confert potentiam, cui
 inhæret, robur aliquod contra passiones con-
 trarias. Quocirca quando omnes virtutes, præ-
 certim acquisitæ per proprios, & similes, ac uni-
 uocos actus, crescunt in magnâ copiâ, & (ut ita
 dicam) quantitate, hoc est, quando peruenient
 beneficio diuina gratia, & cooperatione liberi
 arbitrij, à gratiâ excitati, & adiuti, ad altos gra-
 dus suos, tunc acquirit homo robur quoddam,
 & dominium in passionum motus contrarios
 rectæ rationi, & virtuti secundum rectam ra-
 tionem semper operanti.

Quia vero virtutes infusa, habent altiorem

finem, quam virtutes morales acquisitæ, ideo
 accedente veluti imperio virtutum infusarum,
 præsertim Charitatis, corroborantur, & elevan-
 tur ad altiorem finem actus virtutum moralium
 resistentes passionibus, eaque domantes, ut for-
 tius resistant ac doment passiones, & subiciant
 rationi, ac voluntati Dei, & supernaturali ordi-
 ni, ac lumini gratia, ad quem homo per virtutes
 infusas dirigitur, sicut per morales dirigitur ad
 finem inferiorem, rectæ rationis, & luminis na-
 turalis. Atque ita dominium passionum, est
 quoddam veluti aggregatum robur hominis,
 ex multis particularibus virtutibus, quarum
 singulæ particiale robur dant homini, ad subden-
 das rectæ rationi, & Deo, omnes rebellis pas-
 siones, eo modo, quo omnes virtutes conferunt
 homini amorem boni, & odium mali, plus, vel
 minus, prout sunt magnæ, vel parvæ virtutes,
 seu maiorem inclinationem acquisitam ad bo-
 num, & maiorem auerionem a peccato.

CAPUT Vigesimum quartum.

An non melius esset carere passionum do-
 minio, ut in nobis remanente difficultate
 in bene operando, remaneat occasio
 meriti, quod crescit, dum superatur dif-
 ficultas, & opus difficile perficitur? Vnde
 S. Augustinus videtur abrogare Beatis
 in celo virtutes morales, quia ibi nul-
 lam sentiunt in operando difficulta-
 tem?

Respondeo non esse melius carere dominio
 passionum, et si per illud tollatur, vel saltem
 minuatur difficultas, quam sentimus in ope-
 rando, dum habemus indomitas passiones. Du-
 1.2. q. 114.
 p. 52.
 2.4. ad 2.
 navi S. Thomas: Una ex magnitudine operis, & sic
 magnitudo laboris (in operando) pertinet ad augme-
 tum meriti. Altera est ex defectu operantis, (quam
 parunt indomitæ passiones in operante) &
 talis labor diminuit meritum: & à charitate tollitur,
 quæ feruentius operatur dum sunt passiones

Dd 4 edo-